

# ЗВІДОМЛЕНЄ

Дирекції ц. к. державної гімназії

в Кіцмані

за шкільний рік 1912/1913.



1. Наукова часть: *Др. Аленор Артимович: De ANA et KATA prae-positionum usu, qualis sit apud Quintum Smyrnaeum.*
2. Урядова часть.



**Кіцмань, 1913.**

З друкарні товариства „Руска Рада“ в Чернівцях, улица Петровича число 4.  
НАКЛАДОМ ШКІЛЬНОГО ФОНДУ.



1924  
Sp. Ek.

## De ANA et KATA praepositionum usu, qualis sit apud Quintum Smyrnaeum.

### I.

ANA praepositio apud Quintum non iungitur, nisi cum accusativo, non cum genetivo, de quo etiam apud Homerum dubitatur, non cum dativo, cuius usus apud Homerum satis frequens est.

At cum accusativo iuncta haec praepositio apud Quintum multo saepius invenitur. Nam cum apud Homerum in 27.851 versibus non nisi 228-es *ανά* legatur, apud Quintum in 8.870 versibus 158 locis invenitur. Et, si numerum eorum locorum, quibus locis *κατά* legitur, cum eis comparamus, ubi *κατά* exstat, apud Homerum ratio est 1:4, apud Quintum 1:14, ita ut iam inde appareat, usum *ανά* praepositionis cum accusativo iunctae apud Quintum multo latiore esse.

Sed tales loci, ubi prima, quae dicitur, significatio cognosci possit, rarissimi sunt. Nam nusquam fere *ανά* significat id, ad quod aliquid sursum movetur (cf. Kühn.-Gerth<sup>3</sup>, pag. 473). Locutio *ανά ῥέον* ter quidem apud Quintum legitur, sed alia est sententia:

10, 192 ἐν δε βίη, Φαέθοντος ἀνα ῥέον Ἴριδανοῖο βλημένος ἐκ διφροῦ.

De imagine Phaethontis ibi poeta loquitur, quae erat in pharetra Philoctetae. Phaethon e curru iactus in Eridano flumine iacet, vel in Eridanum iactus est. Haec autem altera explicatio, quamquam haec vis „in aliquid“ vel „versus aliquid“ huic praepositioni inest, minime videtur esse verisimilis. Hic igitur locus ita explicandus est, ut βλημένος ad ἐκ διφροῦ pertineat et ad ἀνά ῥέον supplendum sit ἦν. Saepius enim haec praepositio ita usurpatur, id quod ex locis, quae infra legentur, quivis cognoscere poterit. Certe ibi praepositio non significat „adverso flumine“.

7, 548 οὐδὲ τί οἱ μεμάσιν ἀνά ῥέον ἕλκεντα δόμενα: ἐχονέοντες.

Poeta non dicit nolle viros adverso flumine ire, dicit nolle eos „in flumen“ ire.

Etiam tertio loco

7, 118 ...ὁ (ποταμός) δ' εἰς ἄλλος ἔσσυται οἶδμα παφλάζων ἀλειγυρόν ἀνά ῥόον, illud, quod est ἀνά ῥόον, non propria significatione usurpatum est, sed eodem modo, quo ἀν' οὖρεα, ἀνά στρατόν ceterae huiusce modi locutiones.

Sed quod supra dixi ἀνά ῥόον loco 7,548 vertendum esse „in flumen“, exstant nonnulli loci, ubi accusativus cum ἀνά praepositione iunctus de eo legitur, ad quod aliquid movetur, qua ratione κατὰ usurpari solet (cf. βάλεν κατ' ασπίδα, κατὰ νηας, similia).

11, 45 καί ῥ' οὖν μιν ἀσπαιρέσκει πεπαρμένους ἐγγεῖ μακρῷ λαιμόν. ὁ δ' ἀλγινόεντος ἀνά κροτάφοιο Θέμεθελα: κερμαῶφι στονόεντι μάλα κρατερῆς ἀπὸ λειρὸς βλήμενος ἐκπνεῖσσκε,...

Talibus locis apud alios poetas semper fere κατὰ legitur.

3, 369 τοὺς δ' ἔλας ἀνά ἄστν Apud Homerum legimus κατὰ ἄστν (cf. Σ 286, Ω 662) vel εἰς ἄστν ἀλῆσαι (X 12, Φ 534). Et κατὰ et εἰς scribere ibi potuit poeta. Certe non ea de causa ἀνά posuit, quod Ilium superiore loco situm erat. Quod patet comparato loco 7, 548.

10, 34 ἐπὶ γὰρ εἰρλίθωμεν ἀνά πετόλιν quod verti potest: „cum inclusi simis in urbe“. Sed ibi quoque de motus significatione cogitandum videtur, ut sit vertendum: in urbem.

11. 316 παῦροι δὲ προφυγόντες ἀνίλεια δημοσιτα δῶσαν ἀνά πετόλιεθρον ἀλευάμενοι βαρὺ πῆμα quod est „in urbem“. De eo enim dicitur, ad quod aliquid movetur. Homerus quidem verbum δῶσθαι aut cum accusativo iungit, aut cum praepositionibus διὰ, εἰς εἴσω, ὑπό. Apud Sophoclem (Ant. 1217) legitur πρὸς πόμιον. Ceterum conferendus locus (pag. 1), ubi exstat δόμενα: ἀνά ῥόον ἤλθεντα.

Satis igitur cognosci posse mihi videtur, his locis Quintum, comparatione fortasse duarum inter se oppositarum praepositionum ἀνά et κατὰ permotum, sibi indulsisse, ut ἀνά quoque praepositione, sicuti κατὰ, uteretur, si dicendum esset, quo quid ferretur, ut significaret quasi scopum motus, ut hoc verbo utar.

Notandum videtur de hoc praepositionis usu nihil legi apud Grammaticos Kühner-Gerth, Krüger, Brugmann, Delbrück.

Ex eo autem, quod praepositio antiquis temporibus de iis, quae sursum moventur, usurpabatur, orta est significatio „recta

per aliquod spatium, secundum“. Nam ea, quae remotiora sunt, superiora esse videntur.

Et Quintus quidem hunc huius praepositionis usum ita dilatavit, ut eam usurparet non solum, si quid „recta per aliquod spatium“ ferretur, sed etiam de ultro citroque euntibus et de quiescentibus, ut haud paucis locis vertenda sit „in“ vel „apud“. Quam quidem significationem G. Hermannus a praepositione abhorreere dicit (Op. V. pag. 42): „Removeri ab ἀνά debet illa motus ultro citroque euntis significatio solusque relinqui is motus, qui coepto semel tenore protenditur... ne illo quidem opus est interdum ἀνά a p u d significare“.

Ut haec de usu Homerico vere et recte dicta sint, apud Quintum non valent, ut ex iis locis, quos iam afferam, cognosci poterit. Quos ita disponam, ut primum eos afferam, ubi m o t u s aliqua inest significatio, tum ubi de quiescentibus quidem poeta loquitur, sed de multis per loca quaedam vel per regionem quandam dispersis, ut cogitatione ad minimum haec loca percurri videantur. Postremo autem eos locos proferam ubi una r e s q u i e s c e n s significatur, ubi aliam vim, atque eam, quam Hermannus solam praepositioni tribuit, ei inesse necesse est.

His igitur locis m o t u s aliquis significatur :

7, 306 ...συμφορέονται ἀν' εὐρέα βένθεα πόντου θέλλαι,

8, 62 ...γαῖμ' ἄλεγεινον ἀν' εὐρέα βένθεα πόντου, μαίνεται

1, 633 ...ἀν' εὐρέα πόντον ἐπιβρόσαντος ἄλγεω ναῦτα... ὑπεκπροφυγῶσιν ὄλεθρον.

8, 60 ...κόματα μακρὰ δύο κλονέουσιν ἄται σμερδαλέον βρομέοντες ἀνα πλατὺ λειῦμα θαλάσσης.

14, 621 ...ἄγχι δὲ πάντας ἄμ. μέλαν σίδμα φέρεσκεν.

Ibi ἄμ. coniecit Zimmermann pro illo, quod exstat in codicibus ἀψ.

7, 379 ὄσα τ' ἀνά πλόον εὐρὸν ἐμήρατο καὶ ποτὶ γαίῃ Τη ἔφου...

Ibi ἀνά πλόον non tempus significare (cf. ἀνα νόκτα) sed idem esse atque ἀνά πόντον praeter ea, quae sequuntur ποτὶ γαίῃ locus docet  
4, 150, ubi κατὰ πλόον et κατὰ γαίαν inter se opposita sunt.

6, 612 ..ἐφέποντο κόνες ὡς ἀργύροδοντες κειμμάσιν ἀγροτέρησιν ἀν' ἄγκεα μακρὰ καὶ ὄλην.

Ibi ἀν' coniecit Spitzner, receperunt Koechly et Zimmermann pro eo, quod est in libris ἐπ' ἄγκεα. Quam coniecturam falsam esse postea docebimus. Nusquam enim Quintus, si pro ἀν' κατ' vel καθ' scribere potuit, ἀν' scripsit.

10, 68 ...ἀν' ἀζαλέην ξύλοχον πῦρ αἰθόμενον βρομέει.

Si omittimus ignem longius longiusque procedere, ignis per se longe lateque dispersus est. Ceterum ibi in libris haec leguntur: ἀνά ξαλέης ξύλοχον πῦρ τρομέει (βρομέει VE<sup>1</sup>) αἰθόμενον A, ὡς τ' ἀν' ἀζαλέης ξυλόχοιο π. βρ. αἰθ. P., versum, ut supra eum exscripti, legunt Heyne, Spitzner, Lehrs, Koechly, Zimmermann. δι' ἀζαλέης ξυλόχοιο πῦρ βρέμει αἰθόμενον Rhodoman, Tychsen.

7, 108 ... Ηρακλέης Φολότης ἀνά μακρά κάρηνα Κενταυροῖς ἐπόρουσεν.

5, 57 ...ἀμητῆρες ἀνά πλατὺν ὄγγον ἰόντες.

9, 4 ...ἀμ πεδῖον πάπταινον (cf. Hom. Iliadis M 333, Ψ<sup>1</sup> 464).

4, 507 ...ες πεδῖον ξύνισαν βεβαωτ' ἐνὶ δῖφοις χώρον ἀν' ἡμαθόθεντ';

De hoc loco dubitare possumus. Fortasse interpretandus est: „Convenerunt in locum harenosum“ (cf. Δ 446 = Θ 60 ἐς χώρον ἕνα ξυνόντες); sed haec praepositionis significatio cum sit rarissima, malui hunc versum huc inserere, ita ut poetam dicere appareat locis harenosis vel per loca harenosa vectos eos convenisse.

2, 184 ...ὄρέων ὑπερέσσονται ἄρας λαμπρὸς ἀν' οὐρανὸν ἐορὸν Ἐωσφόρος,

7, 370 ...ελατῆρας.. ἰστία τ' ἐντύνοντας ἐπιγομένους τ' ἀνά νηα.

1, 180 et 354 ἀνά στρατὸν αἰσσειν.

6, 7 ...πάντες ἀνά στρατον ἡγερέθοντο, ubi quamquam in verbo inest motus significatio, dubitem an sit vertendum: omnes, qui erant in castris, convenerunt.

4, 561 ...βοή δ' ἀνά ἄστει ὀρώρει ἄσπετος.

11, 320 ...πάν δ' ἀνά ἄστει ἔσσοντ' ἡτῆρες ἐς οὐταμένων αἰζῶν οικία ποιγνόντες.

13, 11 ...πάντα δ' ἐώλπει ἀμριπεριστρωφασθαι ἀνά πτόλιν.

12, 549 ...Κῆρες ἀμείλιχοι αἰσσοσι παντη ἀνά πτολιεθρον.

13, 208 ἔσσοντ' ἀνά πτολιεθρον ἐφ' μέγα κάρτεϊ θύων.

8, 286 ...ὄλοσῆ δ' ἀνά μέσσον' ἔνω στρωφᾶτ'..

10, 266 ...οἱ (sc. λυγροὶ ὄρνιθες) ἀνά χεῖρα σκαίην αἰσσοτες.

Hos duos locos God. Hermannus (pag. 42) sic explicat: ἀνά μέσον quod proprie est, ut nos loquimur „in der Mitte hin, ἀνά χεῖρα σκαίην „an der linken Hand hin“. Confitendum autem est hanc locutionem ἀνά χεῖρα σκαίην rarissimam esse.

Iam duos affero locos, ubi quamquam lacuna exstat, tamen de motu cogitari potest:

9, 499 πᾶσαν ἀν' ἤπειρον πέλαγός τ' ἀνὰ μακρὸν αἴστοι.  
πέλονται ubi verum supplevit Rhodoman: ἀνδράσι γὰρ βιότιο πολυπλάγκτοιο κέλευθοι.

12, 533 πᾶν τε ἄν' οὐρεα μακρὰ, ubi Koechly ante hunc  
versum haec fere scripsisse poetam dicit: ἀμφιθέσει δ' ὕπο χάσματι  
βεβρυχία.

Progredior ad eos locos, ubi, quamquam motus, qui per  
aliquam regionem fit, non significatur, tamen de multis poeta  
loquitur, ut iis quoque locis praepositionem interpretari possimus:  
„per aliquod spatium“, „secundum“.

1, 265 ...πέτον θαμνισαί Τρώων ἄμπεδῖον...

5, 76 ἀθάνατοι δαίνοντο μακρὴν ἀνὰ Πηλίου ἀκρην.

Quamquam ibi verisimile est praepositionem „in“ significare.  
Nam haud ita late patebant loca, ubi dii cenabant.

8, 278 ...αἰετοὶ μεγάλης ἀνὰ γουνοῦν ἀλώης ὄρχατον ἀμπε-  
λόεντα διατηξέωσι τιθήρω.

1, 7 ...φέβρονται ἰλιθὸν πτώσσουσαι ἀνὰ ῥωπήϊα πυκνά.

2, 383 περιτρομέουσι δ' ἀν' ὕλην.

3, 326 ἄνεμοι θοὰ φύλλα κατὰ χθονὸς ἀμφιχέωνται λάβρον ἐπι-  
βρισαντες ἀν' ἄλσεα ὑλήεντα.

12, 124 ...οἱ δ' ἐλάττην ἐπιβρίσαντες ἀν' ὕλην τάμνον δένδρεα  
μακρὰ. ἐς ὕλην ibi traditum est. ἀν' ὕλ. coniecit Koechly, receperunt  
Spitzner, Lehrs, Zimmermann, ἐν ὕλῃ Pauw legit.

6, 257 ἀμφὶ δὲ χρύσεια μῆλα τετεύχαστο μαρμαίροντα Ἑσπερίδων  
ἀναπρέμνον ἀκήρατον.

3, 271 ...περιτρομέοντο θεῖοι λαοὶ ἔχθρες ὡς ἀνὰ πόντον ἐπερχο-  
μένου ἀλεγεινοῦ κήτους...

3, 599 ...ὄφρα μὲν ἐσθλὸν ὄμιλον υποδδεισῶσι θεῶων ἀμφοδὸν  
ἀθρήσαντες ἀνὰ στρατόν.

14, 611 ...οἱ μὲν ἀν' εὐρὴν πόντον ὀρινομένης ἀλὸς ἄσχετον...  
ἀπόλοντο.

9, 446 ὦρ ἴδον, οἷς ποθέεσκον ἀνὰ στρατόν.

9, 345 ...ἀνὰ δῶματ' ἀκοίτας κτείνον...

1, 8 ...ὡς οἱ ἀνὰ πτολίεθρον ὑπέτρυσαν ὄβριμον ἄνδρα.

1, 107 ...οἱ ἐθεόν ὡς πάντες ἀνὰ πτόλιν εἰσπορώντο.

3, 50 ...Ἐκτορα, τῷ μέγα Τρωεὺς ἀνὰ πτόλιν εὐχέτονοντο.

7, 365 ...οἱ δ' ἀνὰ ἄστρῳ εὐχοντ' ἀθανάτοισι.

10, 28 ...ἀνὰ πτόλιν ἄλγεα πάσχειν.

12, 464 ...εἰσενόησαν ἀνὰ πτόλιν αἶνα πέλωρα.

13, 1 ...ἀναπτολίεθρον ἐδόρπεον.

13, 383 ...οἱ μὲν ὄλοντο προ τεύχεος, οἱ δ' ἀνὰ ἄστει τερπόμενοι παρὰ δαίτι...

13, 480 ...Ἄργειοι δ' ἀνὰ ἄστει κηδοίμενοι: ἀνα iegunt Pauw, Tychsen, Koehly.

13, 563 ...θυμὸν ἐπὶ Τρώεσσι ὄρινον πάντη ἀνὰ πτολιεθρον Hunc versum ex cod. P addidit Zimmermann.

1, 3 ...Τρῶες ἔμμενον ἀνὰ Πριάμοιο πόλιν, ubi κατὰ est in codd. MP, quod emendavit Koehly.

1, 15 ...ἀνὰ πτολιεθρον ἔμμενον.

12, 218 ...οἱ δ' ἀνὰ γαίαν ἔμμενον.

Verum hic tribus locis, quamquam Quintus de multis loquitur, notio quiesendi verbo μῖναιν ita expressa est, ut vix eam vim, quam G. Hermannus solam praepositioni tribuit, praestare videantur. Quae sententia verisimilior fiet collato loco :

2, 45 μῖναιν ἀνέρα διον ἀνὰ πόλιν quod est „in urbe“.

Equidem enim crediderim Quintum his locis et aliis satis multis ita usurpasse et ita explicandam voluisse praepositionem, ut aliis locis, quos paulo infra afferam, eam explicare necesse est, „in aliquo spatio“.

1, 626 ἦν τέ (sc. ἐλάτιν) ποῦ αἰπυτάτην ἀνὰ τ' ἄγκρα μακρὰ καὶ ὕλην ...τρέφει παρὰ πίδακι γαίᾳ.

Ibi latius patendi significatio superlativo adumbratur. Nam ante oculos nobis versantur multae aliae arbores, inter quas illam procerissimam poeta dicit.

4, 423 ὡς ἢ ὀπόθι ἔρσηντα καὶ εὐθαλέοντ ἀνὰ κίπρον ...ἦ στάχυν ἦ μήκωνα ...κέρση τις δρεπάνῳ...

Legitur ibi τις pronomen indefinitum; saepius igitur hoc fit; ii homines, qui hoc faciunt, moventur. Vereor autem, ne haec explicatio subtilior sit quam verior, praesertim cum satis multis locis ne haec quidem contorta excusatio proferri possit.

Indidem tamen explicare possis.

2, 382 τοῦ (sc. κεραινοῦ) δ' ἄρ' ἀνὰ θρυμὰ πυκνὰ καὶ ἄγκρα μακρὰ ραγέντος ubi de uno tantum fulmine cogitandum est.

9, 162 ...ἀν οὔρεα μακρὰ θυρῶν εἰς ἄγκρα βήσσης θυτόμος ἐγκονέων νοσθηγλέα δαμναται ὕλην,

7, 715 ...ἀνὰ θρυμὰ πυκνὰ καὶ ἄγκρα ῥωπήεντα ...λέοντος ...δαμνεντος σκύμνος εἰς ἄντρον ἱκίηται...

4, 16 ...οὐδέ τις ἦεν ἀνὰ στρατὸν εὐρὺν ἄδακρος.

12, 562 ὡς ἄρ' ἔφη Τρώων τις ἀνὰ πτόλιν.



13, 21 ...ὄπνος ἔρυκεν ἀνά πτόλιν ἄλλοθεν ἄλλον.

Ibi quamquam subiectum, ut grammatici dicunt, numero singulari positum est, tamen de multis cogitandum esse neminem fugit.

5, 24 ...ὄσων ἀνά θωμα γυναίκες ἐδύονται μεδέουσι...

2, 74 ...αὐτὰρ οἱ ἄλλοι ἄμφ' ἐμὲ θεωρήξονται ἀνά πτόλιν,

3, 201 καὶ οἱ Τρωιάδες μεγάλα φρεσὶ καρχαλόωσαι ἀμφιπεριστῆ-  
σονται ἀνά πτόλιν,

Hi quoque loci ea vi praepositionis, quae est „recta per aliquod spatium“ explicari possunt. Sed omnes hae excusationes et explicationes mihi quidem minime necessarij esse videntur. Nam ex his locis, qui infra legentur, cognosci potest Quintum ἀνά praepositionem etiam de una re quiescente, in ampliore scilicet spatio, usurpasse.

3, 608 γηθείτω ῥοδόπεπλος ἀν' οὐρανὸν Πριγένηια,

6, 246 ἄμφι δὲ (sc. in scuto) λυγραί θρησκευτῶν ἀνά γαίαν ἔσαν Διομηδεὸς ἵπποι.

6, 428 ...ἀλλὰ σοὶ ἄρχι παρισταται οὐλομένη Κῆρ Τρωϊὸν ἀμπεδίων.

7, 455 ὡς δ' ὅτ' ἀν' εὐρέα πόντον ἐριμμαχὴ περὶ νήσῳ ἀνθρώπων ἀπάθερθεν ἐεργμένοι ἀσχαλόωσιν ἄνδρες.

10, 338 τάς ποτ' ἄρ' Ἡελίῳ χαροπὴ ὀμηθεῖσα Σελίγη γείνατ' ἀν' οὐρανὸν εὐρὺν... γείνατο scriptum est in A P, γείνατ' ἀν' emendavit Rhodoman, ceteri receperunt.

Cum igitur probaverim, quod supra dixi Quintum usum praepositionis ita dilatasse, ut eam non solum usurparet, si quid „recta per aliquod spatium ferretur“, set etiam de ultro citroque euntibus et de quiescentibus, progredior ad satis amplum huius praepositionis usum, constructiones dico ἀνά κλόνον, μόθον et quae sunt similia, ubi vertendum est „in pugna“. Satis duxi singulos locos notare. Leguntur

ἀνά κλόνον: 1, 558\*); 2, 16; 2, 39; 2, 654; 3, 263; 6, 389; 6, 571; 9, 148; 9, 258; 11, 140\*); 11, 253; 11, 473; 12, 78;

ἀνά μόθον: 1, 133; 1, 340; 1, 539; 3, 95; 5, 204; 5, 273; 8, 271; 8, 276; 9, 292; 11, 350; 13, 168; 14, 134;

ἀνά δῆριν: 1, 642; 2, 367; 2, 484; 6, 280; 7, 105; 9, 205; 11, 421; 13, 166; 13, 216;

ἀνά δημοτητα: 1, 255; 7, 668; 11, 27; 13, 142;

\*) His locis etiam κατὰ legitur, de qua lectione postea disputabo.

- ἀνά κνδοσιμόν: 2, 281; 2, 396; 6, 499;  
 ἀνά στόμα διηιστήτος: 1, 813; 11, 298;  
 ἀνά κρουερὸν στόμα χάρις: 1, 487;  
 ἀνά φύλοπιν ἀνήν: 11, 236.

Apud Homerum legimus ἀνά κλόνον E 167 = Γ' 319: βῆ δ' ἴμεν ἀν τε μάχην καὶ ἀνά κλόνον ἐργεσιῶν, et ἀνά διηιστήτα O 584 = P 257: θέων ἀνά διηιστήτα. Ceterae locutiones, quas supra attuli, apud Homerum non exstant, sed inveniuntur similes ἀν ὄμιλον. ἀν οὐλαμόν, ἰωχμόν, ἀμ φρόνον, ἀν νέκυας, ἀμ πόνον. Sed notandum est apud Homerum has constructiones semper iungi cum verbis, quibus motus aliquis significatur, ita ut ubique praepositionem interpretari possimus „recta per aliquod spatium“. Apud Quintum autem res longe aliter se habet. Legimus ibi ἐδαμιασεν, ἐδαμη, διήϊόντα, similia. Videmus igitur ἀνά διηιστήτα etc. idem significare atque ἐν διηιστήτι. Apparet Quintum hic quoque usum praepositionis dilatasse eadem ratione, qua eam etiam de quiescentibus ab eo usurpari supra vidimus.

Saepius etiam de animo praepositio usurpatur (ἀνά θυμόν, ἀνά φρένας, ἀνά φρένα), ubi vis praepositionis localis est. Et hae quidem locutiones his locis leguntur:

- ἀνά θυμόν:  
 2, 308 κνδοσθεῖς.  
 2, 584 ἀμφασίη βεβόληντο.  
 3, 663 ἀχνημένην.  
 7, 428 ἐελδομένοις.  
 9, 469 τέρποντο.  
 10, 391 φίλον δ' ἀνά θυμόν ἔειπεν (cf. 1, 115; 3, 56; 10, 470 φασ) ἔόν κατα θυμόν).  
 11, 438 λιλαιομένων.  
 12, 4 εἰδώς.  
 12, 113 κερχαλώων.  
 12, 231 ἠαρσίτας.  
 12, 245 ἐυφρονέοντα.  
 14, 407 καίπερ ἰαινόμενοι ἀκαχοντο.  
 14, 511 κνδοαιων ἀνά φρένας.  
 ἀνά φρένας:  
 1, 107 μέμηνας.  
 3, 57 μαινεται.  
 9, 104 οἶδατε.  
 10, 477 ἔφη cf. 10, 391.

- 13, 418 κηδίαστων.  
14, 232 καρχαλόωντες.  
14, 428 οὐκ ἀλέγοντες.

Ibi in A et P codicibus κατα legitur, quo versus turbatur.  
ἀνά φρένα :

- 4, 484 φροβέοντο.

Apud Homerum hae aut similes locutiones raro leguntur.

Translative haec praepositio, nisi quis dicat locutiones ἀνα θυμόν, φρένας ita esse explicandas, nusquam usurpatur.

Per tmesin a verbo disiunctum ἀνά apud Quintum semper fere significat „sursum“ :

- 10, 108 ...ἀνα δ' ἔβλυσεν αἷμα ἐκ στόματος.

14, 647 ...ἀνά δ' ἔβλυσεν ἄσπετον ὕδωρ ἰλύν τε φάμαθόν τε, ibi ἀναβλύζειν transitive usurpatum est.

1, 147 ἀν δ' ἔλετ ἄσπιδα διαν... ἔθετ' vulgo legitur; ἔλετ receperunt Glasewald, Koechly, Lehrs Zimmerman. (cf. A 32 ἀν δ' ἔλετ ἄσπιδα, ξ 530 νάκιον).

12, 43 αἰθαλόεντα θωσος ἀνά πυρσὸν αἰέρας, ubi traditum est αἷμα; ἀνά coniecit Pauw, ceteri receperunt. Quam lectionem veram esse probatur versu.

- 13, 23 αἰθαλόεντα Σινων ἀνά πυρσὸν αἰέρε.

- 13, 163 ἡ ξίφος ἡ δόρυ μακρὸν ἐπὶ ἀνά χερσὶν αἰέροι.

- 13, 446 θωσος ἀνά κάλπην αἰέρας.

- 3, 555 ἀνά τρωόγγεας ἄσθεν ἐκ στηθεος.

- 14, 394 ποῦλιν δ' ἀνά κάπνον ἰόντα.

- 3, 714 ἀνά δ' ἔγρετο ποῦλιν κάπνος...

„Retro“ praepositio significat loco.

- 13, 455 ἄφαρ δ' ἀνά πορσὶν ἰοῦσαι παῖσιν ὁμως ἀπόλοντο.

Ceterum, quod ad rem metricam pertinet, praepositio bisyllaba aut iambus fit positione in arsi quarta (62 locis), et altera (10 locis), aut pyrrhichius est in thesi pedis alterius (15 locis), quarti (13 locis), quinti (17 locis), tertii (semel 1,626), primi (semel 12,218).

Si autem subest tmesis, quae dicitur, non nisi semel (3,555) iambus fit positione in arsi pedis quarti, octies est pyrrhichius in thesi quarta, semel (14,647) tertia.

Ubi vocalis littera, in quam ἀνά exit, elisa est, octies alteram theseos syllabam efficit in pede tertio, bis in quinto, ter

decies in primo, semel primam theseos moram explet in pede primo.

Si forma praepositionis est  $\alpha\nu$  vel  $\alpha\upsilon$ , bis legitur in arsi altera, bis in prima arsi, et semel in prima arsi, ubi subest tmesis 1, 147.

Iam, ut melius possit cognosci, qua ratione res se habeat, tabulam appono. Numeri autem uncis inclusi eos locos significant, ubi praepositio „tmesis“ a verbo separata est.

Forma praep.:	$\alpha \nu \alpha$		$\alpha \nu'$		$\alpha\nu$ vel $\alpha\upsilon$
	Jamb.	Pyrrh.	in I. mora	II. mora	
Praep. est:	—	—	—	—	arsis
in pede I.:	—	1	1	13	2 (1)
II.:	10	15	—	—	2
III.:	—	1 (1)	—	8	—
IV.:	62 (1)	13 (8)	—	—	—
V.:	—	17	—	2	—

Apud Homerum usus similis est, nisi quod apud Homerum pyrrhichius „aliquoties“ (cf. Ebelingii lexicon) in tertio pede legatur, cum apud Quintum non nisi semel hoc loco inveniatur. Sed cum numerus versuum Homeri multo maior sit, hoc minoris momenti esse videtur.

Tmesis a verbo disiuncta praepositio apud utrumque saepissime pyrrhichius est, sed apud Homerum in thesi tertii pedis, apud Quintum in pede quarto.

## II.

KATA praepositio, ut apud Homerum et ceteros scriptores Graecos, ita apud Quintum et cum genetivo et cum accusativo iungitur.

Atque, quod ad genetivum pertinet, notum est hunc casum pro ablativo et pro genetivo genuino, qui dicitur, usurpari. Ubi igitur genetivus ablativi vice functus cum praepositione *κατα* iungitur, longe aliud significat atque genuinus. „Im Ablativ stand der Nominalbegriff, von dem aus die Tätigkeit des Verbums erfolgt. Er verband sich also daher, wie in anderen idg. Sprachen mit Verben des Gehens, Herrührens, Ablassens, Befreiens u. dgl.“ (Brugmann, Griech. Gram. pag. 396).

Itaque genetivus, qui ablativi vicem explet, cum praepositione *κατά* iunctus nihil aliud significare potest. Ubi igitur hac praepositione res notatur, de qua aliquid movetur, „der Ausgangspunkt einer Bewegung“, scire licet genetivum pro ablativo positum esse.

Huc pertinent hi loci :

6, 110 *κατ' αὐχένος ἴδε κατα ὄμων ἰδρῶς κατέστυται ἄχρις ἐπ' οὐδας.*

10, 432 *κατὰ βλεφάρων ἔχοντο δάκρυα.*

13, 536 *δάκρυ... κατὰ βλεφάρουιν ἐχέουατο.*

14, 302 *ἀλλήματα κατα βλεφάρων ἐχέοντο δάκρυα.*

14, 172 *δάκρυ κατὰ βλεφάρουιν ελεῖβετο.*

14, 269 *κατὰ βλεφάρων ρέε δάκρυ.*

2, 623 *ρέε δάκρυ κατ' ἀμβροσίῳ προσώπῳ.*

3, 578 *μέλαν κατὰ πίδακος ὕδωρ πετραίης (sc. κατεῖβεται).*

6, 244 *Ἰππολύτην... εἶλε κόμης ἵππου κατ' ὠκέος.*

1, 628 *κατ' ὠκέος ἤριπεν ἵππου.*

1, 603 *ἵππου κατ' ὠκυτατοῖο θοροῦσα.*

11, 193 *αἶμα δ' ἀμφεχύθη ἵππου κατ' αὐχένος.*

14, 494 *(νῆας) οἶα κατὰ κρημνοῖο κυλινομένας φορέεσκε βυσσὸν ἐς ἡερῶντα.*

13, 272 εμείο δέμας κατὰ τείχεος αἰνοῦ ἢ κατὰ πατράων  
ἢ ἔσω πυρὸς αἰψα βάλεσθε.

7, 499 πέτρην ἦκεν ἐπεσσύμενος κατὰ τείχεος γλιβάταιο.

6, 433 βέεσσαι... ἐρχομένησιν ἐκ νομοῦ εἰαρινοῦ κατ' οὖρεος,  
De montibus enim descendunt boves. Quamquam etiam de  
loco, ubi haec fiunt, dici potest κατ' οὖρεος (cf. 8, 230 et tres  
locos, quibus κατ' ὄρεσφι legitur: 8, 364; 2, 471; 5, 388). Sed  
ea praepositionis explicatio, praesertim cum talis praepositionis  
usus satis sit rarus, ibi non videtur esse necessaria,

10, 266 λογγροὶ δέ μιν ἀντιόωντες καὶ κρορυφίη, ὄρνιθες αὔτεον.

De montibus aves clamaverunt.

3, 657 ὦρτο δὲ νῆξ μεγάλησιν κατ' ἤερος ὄρφυγεσσα.

Nox enim ab aethere descendens cogitatur.

5, 505 παρ' ἐσχαρῶνι τέφρην περιειμένους ὦμοις καὶ κεφαλήσιν  
μᾶλα πάμπαν ὁδύρεται.

Pauw quidem putat ibi καὶ esse pro καὶ ἐκ. Sed iam Rho-  
domanus recte vertit: „humerus cinere conaspersus desuper ab  
capite“. Ut enim Koechly dicit, ille „capiti cinerem inicit, qui  
defluens umeros quoque obtegit“. Nisi ibi exstaret ὦμοις vertere  
possemus „in caput“. Et fortasse utramque significationem poeta  
adumbravit.

Alia autem vis est praepositionis cum genetivo genuino  
iunctae. Iam enim significat „deorsum ad aliquam rem“.

3, 534 πᾶσι δ' ἀμύροσίην κατὰ κράτος cf. illud Homericum  
T 39 κατὰ ῥινῶν, quod non recte Spitznerus intellexit vertens  
„Totum corpus inde a naribus“. Cf. ceterum, quae de hoc loco  
Hermannus dicit Op. V. pag. 46: „Quomodo de toto corpore,  
nisi id diserte dicatur cogitari potest in iacente mortuo, cuius si  
naribus affundetur ambrosia utrimque per genas et mentum,  
non ad pedes defluet?“ Quae omnia etiam de Quinti versu dici  
possunt. Certe igitur hic versus huc pertinet.

8, 203 ὀλοῦν δὲ κατ' ὄφθαλμῶν πέσεν ὄρφυη.

1, 622 ἐριπύσσα κατ' οὐδ' ἔοσ.

8, 204 ἦριπε κατὰ χθονός.

11, 467 ἦριπε κατὰ χθονός.

13, 331 πίπτειν κατὰ χθονός.

3, 325 ἄνεμοι θεὰ φύλλα κατὰ χθονός ἀμφιχέωνται.

2, 231 πάντα κατὰ χθονός ἀμφιχέεται ἐκ θεμέθλων.

4, 260 ἐφέγηκε κατὰ χθονός ἴητε πέτρην.

4, 230 καββαλεν ... ἄνδρα κατὰ χθονός.

12, 346 εὐνάς ἐνθ' ἔβαλον κατὰ βένθεος.

1, 826 κατ' Ωκεανοιο βεβήκει Ἴώης.

Nox enim irrumpit.

5, 624 οἶός που το παροῖθε Διὸς στονόεντι κεραυνῷ Εγκέλαδος  
δεδοικτο κατ' ἀκαμάτοιο θαλάσσης Ἑρηναικίης ὑπένερθεν.

Sed de hoc loco dubitare possumus, an κατὰ θαλάσσης sit „in mare“. Neque verisimile est „sub mari“ significari. (cf. 9, 80). Nam dictum est Ἑρηναικίης ὑπένερθεν. Mihi quidem vertendum videtur „in mari“. Minerva enim Enceladum insula Sicilia superiniecta obtegit. Qua de causa fortasse melius erat, hunc locum paulo infra afferre.

9, 464 πάντων φάρμακα πολλά καθ' ἔλκεος,

10, 296 φάρμακα... καθ' ἔλκεος θείτα.

4, 462 τέχρα... ἤρμυσεν... κατὰ χροός ἀμφιτεθέντα.

Difficilis explicatu est locus:

5, 51 ἐν δὲ καὶ αὐτῇ (sc. Ἀρετῇ) εἰστήκει φοῖνικος ἐπεμβεβανία κατ' ἀκρῆς.

Apud Homerum e verbo ἐπεμβαινεῖν genetivus aptus est (I 582) διφρον ἐπεμβεβαώς et Ω 81 legitur κατ' ἀκράλοιο βοὸς κέρως ἐμβεβανία. Iam autem, si casum, cui praepositio iuncta est, omittimus, aliae exstant difficultates. Atque Koechly quidem hunc locum sic explicat: „Patet innui a poeta palmam ἀκρόκομον, cui cum insistere dicitur Virtus, eam non certa quadam personae forma indutam sibi cogitavit, sed potius tamquam palmae fructum summo eius arboris cacumini inhaerentem“. Quae si vera sunt, vituperandus est poeta, quod duas imagines, quae dicuntur, miscuit et omnia perturbavit. Nam personae forma cogitari oportet Virtutem legentibus ὑψηλῆ ψαύουσα πρὸς οὐρανόν. Mihi quidem veri simillimum esse videtur φοῖνικος κατ' ἀκρῆς dici de statu quieto, quem etiam perfectum tempus notat ἐπεμβεβανία. Vide vero, ne sit iungendum φοῖνικος ἐπεμβεβανία, ut Homerus dixit διφρον ἐπεμβεβαώς, cum κατ' ἀκρῆς, ut saepe, significet, „desuper“.

14, 582 μεγάλοιο κατ' Ἐγελαιοιο δαιφρων Πάλλας ἀειραμένη, Σικελίην επικάββαλε νησον.

Iam venimus ad locos quosdam, ex quibus cognoscere possumus, qua ratione ex illa significatione „deorsum ad“ orta sit significatio „in aliqua re“.

3, 66 ἐκλιθη δέμας ἴψο κατ' οὐδέος Αἰακίδαο.

Hoc quidem loco de motu cogitandum est. Aliter autem res se habet, quamquam locus simillimus esse videtur, loco

9, 357 κεκλιμένον στυφελίοιο κατ' οὐδους et

3, 580 ἐκκέχεται στυφελίοιο κατ' οὐδους.

Perfectum enim tempus his locis legitur. Plusquamperfectum exstat:

5, 118 τοῖς δὲ παρεκτετάνυστο κατὰ χθονος ὄβριμον ἔγχος.

6, 214 κάρηατα... δέδμητο κατὰ χθονός.

Sic κατὰ cum genetivo iunctum etiam tum legitur, cum verbo status quietus notatur:

3, 396 ἐνὶ λήθρῳ πολυπλεθῆρος ἔκειτο κατὰ χθονός εὐρυπέδοιο.

κατὰ χθονός κείσθαι legitur etiam locis 1, 663; 6, 431.

3, 539 οἶον (sc. ἐπισκύνιον) ἀμφ' ἐτάριοιο ... Πατρόαλοιο χωομένῳ ἐπέκειτο κατὰ βλοσυροῖο προσώπου.

Ibi praepositionem κατὰ delevit Hermannus (Op. V. pag. 48) scribens χωομένῳ βλοσυρῷ ἐπέκειτο προσώπῳ. Quam coniecturam falsam esse quisvis videbit, qui modo omnes eos locos, quos ibi affero, recte animo perpenderit. Negat Hermannus Quintum novum introduxisse usum κατὰ c. gen. iunctam praepositionem ad quiscentia referentem. Falso Hermannum hoc negare iam omnes cognoscere possunt.

4, 442 ὀπότε λήια πάντα κατὰ χθονός ἀνείνεται.

14, 78 καρποιο κατ' οὐδους ὄλλυμένοιο.

5, 456 ὡς ἕως μῆλα κατὰ χθονός ἀσπαιρόντα.

Sic κατ' ὄρεσφι tribus locis exstat, ut alibi κατ' οὐρεα, ἀν' οὐρεα.

8, 364 κερμάδεςσιν ὄτρηροῖ κατ' ὄρεσφι κύνες (sc. ἐπονται).

2, 471 κόνις... ὄρωρει... εὐτ' ὀμιχλῆ κατ' ὄρεσφι ὀρινομένῳ ἵστοιο.

5, 388 μαινίεται κατ' ὄρεσφι βιτῆ μεγάλου ἀνεμοῖο.

Ita dictum est: κατ' οὐρεος:

8, 230 μυρία φύλλα κατ' οὐρεος ἐν βίγτιτι ταρφέα πεπτηῶτα χυθῆν κατὰ γαιαν ἐρέψη.

Iam igitur videmus, qua ratione explicandi sint loci:

5, 28 πέδον δ' ἅπαν αἵματι πολλῷ δευομένῳ ἔκτο κατ' ἀσπίδος ἀκαματοιο.

6, 233 μέγας σταθμός... τεχνῆς ἕσκητο κατ' ἀκαμάτοιο βοειίης.

5, 100 ῥόος Ωκεανοῖο, οὐνεκ ἔην ἔκτοσθε κατ' ἀντυγος.

Nimis igitur subtilis minimeque necessaria videtur explicatio Hermanni (Op. V. pag. 47): „Sic accipiendum arbitror, ut incli-



nari in convexo scuto Oceanus in oram dicatur“. Nam ut poeta dixit κατ' ἄσπιδος, κατὰ βοειης, sic quoque κατ' ἀντρος scripsit.

Difficilior autem locus est

5, 344 οἱ μέγας αἰετὸς ἦπαρ κείρεν ἀεζόμενον κατὰ νηδύος ἐνδοθι δόνων. Ibi ἐνδ. βαίνων traditum est, quod ferri non posse iam vidit Hermannus (l. l. pag. 48), qui coniecit ἐγγύθι βαίνων, quod recepit Lehrs; Koechly autem scripsit ἐνδοθι δόνων, quod Quintus semper forma ἀγγύθι non ἐγγύθι usus est. Et hanc lectionem etiam Zimmermann retinuit. Sed utut id est, certe κατὰ νηδύος locutio interpretanda est „in alvo“ (cf. Apoll. Rhod. 4, 1327 κατὰ νηδύος ἡμμε φέρουσα).

1, 236 τῆς δὲ διαπρὸ ἴληθε δόρον στιβαρὸν κατὰ νηδύος.

Hunc locum huc apposui, quod ibi legimus κατὰ νηδύος Ceterum mihi videtur non esse dubium, quin hic locus ad eos potissimum pertineat, qui sunt de vulneratis, ut βάλλειν κάκ κεφαλής et quae sunt similia.

5, 123 νῦν μὲν δὴ κατ' ἀγωνος ἀθλία πάντα τελέσθη.

Hermannus putat κατὰ referendum esse ad τελέσθη, ita ut iungendum sit ἀγωνος ἀθλία πάντα κατετελέσθη. Recte autem Koechly dicit ita praepositionem a verbo suo divelli non posse. Ceterum verbum κατετελεῖν, quod ex Stephani Thesauro cognoscere nobis licet, nusquam legitur, nisi quod est varia lectio apud LXX, qui dicuntur. Non est igitur dubitandum, quin κατὰ ibi significet „in“. Cui autem ea explicatio, quam Koechly protulit, minus placet, is de usu translato, qui dicitur, cogitare potest.

3, 198 εἰ γέ τις ἔστι κατ' Ἄϊδος ἀνθρωποισιν ἡ νόσος γέ θέμιστες.

Non videtur necessarium suppleri ὄωμα vel δῶ Cf. Brugmann, Griech. Gramm. pag. 395 de locutionibus ἐν Ἄϊδαο, εἰς Ἄϊδαο. Idem dici potest de versu

3, 157 ψυχὴ δὲ κατ' Ἄϊδος εἰσποτιθήη

ubi motus quoque adumbratur. Et si dicitur, quo quid feratur, κατὰ c. gen. iunctum multo saepius legitur quam c. acc.

„S u b“ praepositio significat loco

9, 50 χαῖρε, πάτερ ναὶ ἐνερθε κατὰ χθονός.

Facile hanc significationem ex ea, quae est „deorsum ad aliquid“ oriri potuisse, omnes vident.

4, 254 τὸν δ' Αἴας... ποτὶ γαίαν ἐξ ὤμων ἐτίνασσε κατὰ χθονὸς οὐδ' ας ἐρείδων. Sed hoc loco κατὰ ad accusativum pertinere equidem crediderim. Hermannus quidem putat (Op. V. pag. 49) κατὰ ad verbum χθονὸς pertinere et seiungenda esse verba οὐδ' ας ἐρείδων. Sed Spitzner (Observ. in Qu. Sm. pag. 66 sqq.) multis locis allatis docuit κατὰ χθονὸς οὐδ' ας coniungendum esse et iam Rhodomanum recte vertisse: „ad terrae solum affligere nitens“.

Sed alia quoque significatio ex illa „deorsum ad...“ oritur. Neglegitur enim aliquid deorsum ferri et dicitur tantum „ad“ vel „contra“ alqd. moveri. Ita haec praepositio de ea parte corporis vel armorum usurpatur, quae ense, iaculo, sagitta icitur atque percutitur. Neminem autem fugit multis locis etiam de motu, qui fit deorsum, cogitari posse.

Hi loci huc pertinent:

3, 333 κἀββαλε χερμαδίῳ κατὰ κράατος.

4, 404 κἀββαλε κακ κεφαλῆς.

Ibi Pauw coniecit κεφαλῆν, quam coniecturam falsam receperunt Tychsen et Lehrs. Sed de hoc loco postea loquar.

11, 462 βάλεν μιν κακ κεφαλῆς.

7, 617 κακ κεφαλῆς (sc. βλημενος).

13, 334 Αἰνεῖο κατ' ἰφθιμοῖο καρῆνον βάλλοντες.

6, 393 δοῦρι... κατ' ἐὺρέος ἦλασεν ὤμου.

8, 165 πέτρην... κατ' ἀσπίδος ἦκε φέρεσθαι.

6, 545 Αἰνεῖο κατ' ἀσπίδος ἔγχος ἔρεισε.

3, 155 κατ' ὀφρύος ἔγχος ἐρείσας ubi ἔγχος pro ἔνδον, quod libris traditum est, coniecit Koechly, Zimmermann recepit.

Verbum τόπτειν ter legitur:

1, 743 τόψε κατὰ γναθμοῖο καὶ οὐατος.

4, 364 τόψε κατὰ κροτάφοιο.

10, 108 τόψε κατὰ στομάχοιο.

πλήσσω bis exstat:

6, 563 κατὰ κροτάφοιο.

8, 94 κατὰ κράατος.

De loco 1, 236 iam supra disputavi (pag. 15).

Apud Homerum talibus locis semper fere accusativus legitur.

Translative praepositio cum genetivo iuncta non nisi semel legitur:

3, 448 ἦν, γὰρ Τρωεσσι κατ' Ἀργείων ταχὰ νίκην νεύσει,  
ubi νεύσει idem significat, quod alibi κατανεύω. κατ' enim ad Ἀρ-  
γείων pertineat necesse est.

Iam loquemur de accusativo cum κατὰ constructione. Atque omnium primum locutio κατὰ ῥόον, ubi, quae fuerit primaria praepositionis significatio, optime cognosci posse putant, semel legitur:

6, 379 ἦν (sc. ἐλαίην) τε βίηι ποταμοιο κατὰ ῥόον ἡχθήεντα  
σὺν τ' ὄχθης ἐλάττησι...

Atque quamquam aliis in linguis vis praepositionis alia est (cf. Delbrück, pag. 736 sqq.), certe infimae aetatis scriptori hae significationes, quae erant in aliis linguis Indogermanicis, ante oculos non versabantur. Sed ex illa significatione „secundum aliquid deorsum“ orta est notio „deorsum ad aliquid“, et „ad aliquid“, etsi non dicitur, deorsum aliquid ferri. Ea de causa accusativus cum κατὰ iunctus legitur, ubi notatur, quo quid moveatur. Saepissime autem de ea corporis vel armorum parte usurpatur, quae ferro icta est.

Atque e verbo βάλλειν haec constructio quattuor locis apta est:

2, 403 κατ' ἀσπίδα.

6, 522 κακὸν κόρυθα κρατερῆν.

6, 635 κατὰ μαζὸν ἀριστερόν.

10, 81 κατὰ λαμόν.

E verbo οὐταῶν vel οὐταίω:

3, 62 κατὰ σφυρόν.

3, 239 κατ' ἀσπίδα πολυβόειον.

6, 401 δεξιτερόν κατὰ γλουτόν.

Verbum δαίλω semel legitur:

11, 189 μύωνα κατ' ἀλγινόεντα.

Verbum νόσσω exstat loco:

6, 588 δεξιτερόν κατὰ μηρόν.

Videmus igitur accusativo in talibus constructionibus eandem vim inesse atque genetivo. Nam quod ad verba pertinet, quae in his sententiis leguntur, non nisi cum genetivo haec iuncta sunt: ἐλαύνω (1), ἦγε φέρεσθαι (1), ερεῖδω (2), τυπῶ (3), πλήσσω (2); non nisi cum accusativo leguntur: δαίλω (1), νόσσω (1), οὐταίω (3). At verbum βάλλειν invenitur et genetivo et accusativo posito et praeterea κάββαλε bis cum genetivo iunctum legitur.

Verum si ad rationem metricam animum attendimus, qui casus pleno et perfecto versu poni potuerit, sex locis, quibus accusativus legitur, et genetivus scribi potuit: 3, 62; 6, 401; 6, 522; 6, 588; 6, 635; 10, 81. Sed his locis si genetivus scriberetur, hiatus exstaret legitimus, excepto loco 6, 522 *Αἶαντα βάλεν περιμήκει πέτρῃ καὶ κ κ ὀ ρ υ θ α κ ρ α τ ε ρ ῆ ν*. Sed tribus locis (6, 404; 7, 617; 11, 462), ubi et accusativus sine ulla offensione poni potuit, genetivus exstat. Iam videmus poetam, semper, ubi posset, vitasse hiatus, etiamsi esset legitimus. Ceterum genetivum saepius usurpasse (3 locis 6, 404; 7, 617; 11, 452) quam accusativum (semel 6, 522).

Minime igitur mutanda est tradita lectio loco

6, 403 *Μαχάων ... περιμήκεα λάαν ἀειρας κάββαλε καὶ κ κ ε φ α λ ῆ ς μεγαθύμου Τηλεφίδαο*.

Ibi Pauw coniecit *κακ κεφαλῆν* eumque secuti sunt Lehrs et Tychsen. Koechly autem et Zimmermann codicum lectionem defendunt.

Progredior ad alios locos, ubi huius praepositionis cum accusativo copulatione notatur, quo quid moveatur.

6, 515 *κάλλιπε λαόν, ὅσον κατὰ νῆας ἔλασσαν*.

Eurypylos Graecos „ad naves“ vel „versus naves“ fugavit.

6, 542 *καί κε φῶγον κατὰ νῆας*.

8, 370 *ἔλασαντες Πριάμοιο κατὰ πτόλιν ἔθνεα φωτων*.

Conferas versus Homeri, quos laudavi (pag. 2), ubi locutus sum de versu 3, 369 *τούς δ' ἔλας ἀνά ἄστν*.

1, 669 *πολλοὶ δ' ευχετόωντο κατ' οἰκία νοστήσαντες τοίχῃς ἤς ἀλόχοισιν παρά λεχέσσιν ιαυσαι*.

Sed de hoc loco infra plura disseram.

8, 361 *χαζομένοισιν ἔποντο κατ' ἰχνίον*.

14, 46 *ἔσπετο νισσομένοιο κατ' ἰχνίον ἀνδρὸς ἑοῖο*.

Cf. Apoll. Rhod. 1, 575 *ἀγραύλοιο κατ' ἰχνία σημαντηρος... μῆλ' ἐρέπονται*. Homerus autem semper dixit *μετ' ἰχνία* (cf. N 71).

5, 81 *αἶ δε κατ' ἰθὺ νισσομέναι* (sc. *νηεσ φορέοντο*).

Huc pertinere hic locus videtur, quod, quo naves moveantur, notatur. Cf. ceterum Homericum illud θ 377 *σφαίρη ἀν' ἰθὺν περιήσαντο*, ubi vis est localis „recta sursum“.

7, 303 *Ἦκεανοιο κατὰ πλατὺ χεῖμα φέρονται ἄστρα κατερχομένοιο ποτὶ κνέφας Ὠρίωνος*.

Ibi, quod ex verbis *κατερχομένοιο ποτὶ κνέφας* concludere licet, *κατὰ* praepositio significat „deorsum ad“.

Longe autem aliter res se habet loco

7, 311 ἄστρα δυνόμεν' ἢ ἀνιόντα κατὰ πλατὺ χεῖμα  
θαλάσσης.

Ibi enim locutio κατὰ πλ. χεῖμ. θαλ. notat, quod Germanice dicimus „langs des Meeres, an der Meeresoberfläche“. Nam „deorsum in mare“ dici potest de occidentibus stellis, non de orientibus.

Iam autem ex illa significatione „secundum aliquid deorsum“ oritur alia, quae est „per aliquam regionem“, si de iis dicitur, quae moventur, aut de quiescentibus quidem in ampliore spatio, sed multis, aut „in aliquo spatio“, si de una re dicitur quiescente, ubi locum mutabilem et incertum cogitemus necesse est. Cum autem haec praepositio etiam apud Homerum quietum unius rei statum significet, nolui, quod feci, cum de praepositione ἀνά dissererem, separatim proferre locos, quibus de iis dicitur, quae moventur, de multis quiescentibus, de una re quiescente. Ita autem locos distinxī, ut similes verborum copulationes inter se excipiant.

1, 315 ὡς τίς τε βόεσσι κατ' οὖρεα μακρὰ λέαινα ενθόρη.

Sic κατ' οὖρεα (μακρὰ) his locis legimus: 1, 665; 2, 352; 5, 17; 7, 465; 8, 176 οἰσιν τε κατ' οὖρεα θήρις ἀέξει, id quod uno tantum loco fieri potest.; 9, 455; 12, 126 (ubi codices ἔκρια exhibent, quod sensu caret); 13, 73 (λύκοι... σταθμῶ ἐπιβρίσωσι κατ' οὖρεα μακρὰ καὶ ὕλην, ubi idem notandum est, quod supra ad versum 8, 176);

κατ' ἀγρεα μακρὰ καὶ ὕλην: 3, 268.

κατα πύγας ὕλησσας:

2, 282 ὡς δ' ὅταν ἀγρευτῆρε κατὰ πύγας ὕλησσας οὖρεος ἡλιβάτοιο... αἰσσωσι.

ἀγρευτῆρε κατὰ Koechly et Zimmermann scribunt, cum vulgata lectio sit — ες ἀνά. Ex iis, quae protuli, cognoscere possumus et ἀνά et κατὰ in talibus constructionibus passim legi. Ceterum, si neglegimus ad dualis numeri usum hanc quaestionem pertinere, Quintus, ubi utraque praepositio uti potuit, maluit κατα scribere, si praepositio positione iambus fit.

νίσοιο κατὰ πύγας: 12, 452;

κατὰ δασκιον ἄγρος: 12, 490;

κατ' ἄλσος: 2, 536;

καθ' ὕλην: 13, 492;

Sed loco 5, 299 πεδῖον κάτα βοσκομένοισιν (sc. χήνεσιν ἢ γεράνοισι) in libris exaratum est καταβοσκομένοισιν; πεδῖον κάτα βοσκ. Spitzner scripsit (Mant. obs. crit. pag. 299), quem secuti sunt Lehrs, Koechly, Zimmermann, nimirum cum poeta dicere velit, „in campo pascentibus“ non „campum depascentibus“. Ceterum καταβόσκεισθαι hac notione depascendi non legitur, quantum equidem scierim, nisi apud Long. 2, 16 et aliquotiens apud Geopon. (cf. Steph. Thes. s. v. καταβόσκω).

κατ' Ἰλύσιον πέδον αἴης: 2, 651;

κατ' ἀρουραν ἀπειρονα: 11, 158;

κατὰ πόντον, κατὰ γαίαν: 14, 128;

κατὰ πλόον, κατὰ γαίαν: 4, 150 (cf. ἀνά πλόον 7, 379, pag. 3);

κατὰ πόντον his quoque locis legitur: 3, 776; 7, 394; 7, 569;

14, 244;

κατ' ἡερόεν ἄλος οἶδμα: 5, 95;

(ἄλος) κατὰ βένθος: 14, 247; 14, 562; 14, 628; 13, 309; 13,

468; 8, 414 codices habent ἄλος κατὰ πόντον; ἄλος κατὰ βένθος emend. Koechly; cf. etiam 4, 95 εἰς ἄλος βένθος.

κατ' οὐρανόν: 1, 683 (ἐόντι!); 5, 10; 4, 83; 10, 343; 14, 93.

κατ' Ὀλυμπον: 3, 134; 10, 335 (ἐζομένη!).

κατὰ πτόλιν: 2, 5; 2, 103; 8, 502; 9, 111; 11, 1; 12, 519;

13, 141; 13, 195; 13, 493.

κατὰ πτολίεθρον 13, 89.

κατὰ ἄστν: 9, 4; 12, 512; 14, 400.

κατὰ Ἴλιον: 6, 193; 12, 577.

κατὰ δήμον: 1, 22.

κατὰ στρατόν: 6, 77; 9, 415; 12, 389; 13, 515;

κατὰ δώματα: 6, 180; 7, 329; 13, 127.

κατὰ οἰκία: 1, 669 πολλοὶ δ' εὐχετόωντο κατ' οἰκία νοστήσαντες τοίης ἴ: ἀλόχοισιν παρὰ λεχέεσσιν ἰαῦσαι (cf. pag. 18).

Ibi κατ' οἰκία non pertinere videtur ad νοστήσαντες, sed ad ἰαῦσαι. Nam νοστεῖν κατὰ τι locutionem nusquam equidem invenire potui. Et fatendum quidem est in Quinti carmine satis multas locutiones legi, quas alibi frustra quaeras. Cum autem ibi talis verborum constructio necessaria non sit, a via trita non decedere satius esse duxi.

Huc hi quoque loci pertinent:

5, 97 ἄλλα δὲ μυρία κείτο κατ' ἀσπίδα τεχνήγντα,

6, 198 καὶ οἱ δαίβαλα πολλὰ κατ' ἀσπίδα διαν ἔκειτο,

9, 548 ἄλλος δ' ἄλλον ἔρειδε κατὰ στήλας.

Sed versus 13, 51 aliter explicandus est (cf. pag. 23).

6, 51 λαοὺς... κατὰ νῆας... δούρατα θηγόμενοι,

14, 515 στοναχί, τε καὶ οἰμωγῇ κατὰ νῆας ἔπλετ' ἀπολλυμένων.

Sed 6, 515 κατὰ νῆας vertendum est „ad naves“.

12, 259: ὡς ἄρ' ἔφη κατὰ λαὸν ἀρηιφίλων τις Ἴλχαιών,

10, 275: νηδὸν φάρμακον αἰνὸν ἔποθε κατ' οὐτάμενον χροῖα φωτός  
(οὐταμένου Tychs. Lehrs). Ibi Quintus imitatus esse videtur Ho-  
meri versum T 27 κατὰ δὲ χροῖα πάντα σαπήνῃ (sc. ὁ νεκρός), quam-  
quam hic locus aliter explicatur (Schol. B: ὁ νεκρὸς κατασαιπῇ  
τὸν χροῖα).

Difficilior autem explicatu locus est

2, 195: κυανεοὺς νεφέεσσιν εἰκότατες, οἷα Κρονίων χεῖματος ὄρνυ-  
μένιοι κατ' ἤερα πολὺν ἀγείρει.

Atque omnium primum ἄηρ πολὺς saepissime significat  
nebulam densam. Hoc autem loco id vix fieri potest. Nam, ut  
omittam hoc ipsum mirum esse Iovem in nebula densa ante  
tempestatem orientem nubes cogere, iam non videbuntur nubes  
in crassa caligine coactae, quod quidem in tali comparatione  
maxime est necessarium. Cum igitur hoc mihi persuasissem ibi  
ἤερα πολὺν non significare, quod Virgilius dicit „aerem obscurum“,  
dubitavi an sit iungendum καταγείρει et vertendum „qua ratione  
(οἷα) Iuppiter densam nebulam (i. e. nubem) cogit“ (cf. E 864).  
Sed verbum καταγείρειν nusquam alibi legitur. Itaque non dubito  
hunc locum ita explicare, ut ἄηρ πολὺς idem significet, quod 1,  
681 ταναοῖο δι' ἠέρος, 3, 657 et 3, 708 μεγάλοιο δι' ἠέρος.

4, 206 οἱ δ' ἰαχίσαν Ἄργειοι κατ' ἀγῶνα.

Quid ibi significet κατ' ἀγῶνα duobus Homeri locis compa-  
ratis cognoscere possumus Ψ' 651 (τὴν Νέστορι δωκεν Ἀχιλλεὺς  
Ἄργεϊων ἀν' ἀγῶνα φέρον), ubi Achilles ad Nestora se confert et  
651 (Πηλεΐδης δε πολὺν καθ' ὄμιλον ἔρχετο), ubi Achilles ad sedem  
suam revertitur. Itaque ἀγῶν idem fere notat, quod ὄμιλος.

Progredior ad locutiones κατὰ κλόνον, μόθον, similia, quae  
his locis leguntur:

κατὰ κλόνον: 3, 274; 7, 476; 8, 249; 8, 260; 8, 367; 9, 92;  
9, 196; 9, 300; 11, 262; 12, 391.

Loco 7, 476 traditum est μετὰ κλόνον pro κατὰ κλόνον, quod  
emendavit Spitzner (Obs. crit. pag. 156), quem Koechly et Zim-

mermann secuti sunt. Verissimam esse hanc coniecturam iam omnes vident.

κατὰ μόθον: 2, 295; 2, 323; 2, 517; 5, 296; 5, 533; 6, 418; 7, 123; 7, 270; 8, 108; 11, 227; 13, 156; 13, 363.

5, 533 in omnibus fere editionibus ἀνά μόθον legitur. Zimmermann autem e codice P, qui optimus est, κατὰ restituit. Aliam causam, qua codicis P lectionem veram esse probatur, postea proferam (pag. 26).

κατὰ δῆριν: 1, 729; 2, 25; 3, 403; 6, 311; 7, 273; 11, 409; 12, 230.

κατὰ στόμα: δημοτικῆς: 1, 194.

κατὰ φθισήγορα χάρμην: 11, 19.

κατὰ φύλοπιν: 11, 132.

καθ' αἱματόεντα κυδοιμόν: 2, 514.

καθ' ὄμιλον: 1, 481.

De animo praepositio his locis usurpata est:

